

Matth. sic, & aptius connectunt: Vtque modo praxiderat Dominus suis Discipulis ardua, & tristitia, vt seipfos abnegarent, tollerent erucem, eumque sequerentur, ac propter ipsum animam suam perderent, & quia, vt ait D. Paschasius, tristibus lara succedunt, eos maxime consolatur, ac recreat reuertendae suae gloriae praedictione, ac reddendae ipsis mercedis promissione, quibus ad tam difficilia, & heroica opera excitentur, ac animentur. Et quia Discipuli inuicem interrogare poterant, quando, & quomodo haec erunt, vt notant Abulensis q. 121. & Caietanus; ideo ipse praecipuus ait, Quando filius hominis venturus est, & quomodo reddet unicuique secundum opera sua.

Paschal.

Abulen. Caietan.

86.

Lucas.

Chrysoft. Euthym. Dare praemia benemeritis, non huius saeculi.

87.

Coram multis laudari, speciosum.

88.

Explicantur. Marcus & Lucas.

QUESTIO XIII.

Quare, cum Christus Dominus in exordio aperire de se sit locutus, nunc vero agit de se per tertiam personam dicens: Filius hominis reddet unicuique?

89.

Difficilis questio.

Quare Christus Dominus frequenter se filium hominis appeller, tractauit tom. 2. cap. 3. quaest. 32. nunc vero in dubium vocamus: Quare, cum in exordio huius sermonis Christus Dominus de se expresse fecerit mentionem. Si quis vult venire post me: & iterum sequatur me, deinde,

Qui perdidit animam suam propter me. hic vero mutat stylum, & de se non aperte loquitur, sed per tertiam personam agit, appellans se filium hominis.

Ad quod primo clara est solutio, quae eius humilitati est adscribenda. Cum enim de se agit inter ignominias, ac crucis pressuras, ibi se aperte nominat, Tollat crucem suam, & sequatur me, meam crucem ferentem: Cum vero ad splendorem gloriae vertit sermonem, Venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: ibi variata loquendi methode se abscondit, & occultat, cum inter ignominias maxime se prodatur, & manifestat.

Secundo. Cum distincte, ac speciatim commemorat obsequia sibi praestita, se aperte dicit, & nominat: Vadat post me, sequatur me, perdidit animam suam propter me. Cum vero ad remunerationem dirigitur sermo, se veluti abscondit, & per tertiam personam loquitur, filius hominis venturus est in gloria Patris sui. In obsequiis praestitis ipse se prodatur, & exprimit, tanquam illis adstrictum, & obligatum: at in recompensatione reddenda, tanquam de tertia alia persona agit, vt maxime iusti, ac benemeriti nobilitentur, cum donentur praemio, non tanquam a persona illis obligata, sed veluti a recto iudice, ac rege, cum aequitate, ac iustitia persolvente. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum. Ioan. 14. num. 23. Se obligatum dilectioni, ac obseruationi mandatorum declarat: remunerationem vero Patri, tanquam omnium supremo Regi, ac Domino adscribit. Sub dilectione autem Patris omnia comprehenduntur bona, vt notant Expositores, & ibi latius dicemus.

Et dicitur reddet, non vero dabit, sed reddet, hoc est iterum dare. Appositè, cum de benemeritorum mercede agit, sic loquitur: nam benemeritis per propriam actionem facit suum praemium. Qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, Rom. 4. n. 4. Cum autem rex, vel iudex praemium confert, in illius possessionem eum introducit.

Et dicitur, quod reddet unicuique; non vni omnia confert, vt intendebat Dabulus; Matth. 4. num. 9. Sed unicuique dat, ac per omnes distribuit bona sua, iuxta cuiuslibet meritum. Facta conuentione inter Iacob, & Labam, quod oves, quae nascerentur resperfa vario, & diuerso colore, essent ipsius Iacob; hic industria sua vitens posuit in canalibus virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, quas ex parte decorticauit. Ex quo euenit, quod oves concipientes, cum intuerentur tam varium colorem, mira dispersos varietate edebant fetus. Hoc tamen notat Scriptura, Quando primo tempore ascendebant oves, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum, & ouium, vt in earum contemplatione conciperent: quando vero serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas, Genes. 30. num. 41. Iacob alta Dei directione regebatur. Cur ergo sic disponit, vt virgas diuersi coloris ante conspectum ouium ponat in primo partu, non vero secundo? Mira prudentia cuncta dirigebatur. Et perspectis ramis proueniebant oves in sortem Iacob, vel Labam: & sicut aequum erat, quod Iacob aliquas haberet oves, ita iniuum, vt illi obuenerent omnes: taliter ergo res ordinabatur, vt Iacob suas obtineat oves, vtque etiam aliquae relinquuntur Labam. D. August. Quaestionibus in Genesim quaest. 93. Quae cum perperissent, non ponebat

90.

Christus ignominias manifestat, occultat gloriam.

91.

Christus in obsequiis sibi praestitis se declarat obligatum.

Ioan. 14.

92.

Iustus per mercedem suam praemium.

Rom. 4.

93.

Matth. 4.

Omnia non sunt vni danda.

Genes. 30.

nebat: quod intelligitur, cum primum peperissent, vt iam non solere ponere intelligatur, cum secundo partura essent, ne ipse auferret omnes fetus, quod iniquum foret.

Matth. 16. Amen dico vobis: sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. num. 28.

VERSIONES.

Vatablus. Sunt quidam hic stantes. Hebraicus. Qui non videbunt mortem. Syriacus. Donec viderint filium hominis venientem in regnum suum. Basilii Seleucis Orat. 43. Venientem in gloria Patris sui.

ALTER TEXTVS.

Marci 8. n. 39. Et dicebat illis Amen dico vobis, quia sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

Luc. 9. n. 27. Dico autem vobis verè: sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.

EXPOSITIO V.

Ivs Ambrosius lib. 6. in Lucam, & D. Gregorius homil. 32. in Evangelia; Ioannes Xiphilinus Orat. de Cruce, sic connectunt haec verba cum praecedentibus, in quibus Dominus propriam abnegationem, & mortem subire mandauit, quasi nunc promissione futurae gloriae velit confirmare, ac allicere. Aptius tamen cum D. Hieronymo, & Paschasio lib. 8. in Matth. dices, Quod immediate antea Dominus promisit Discipulis suorum laborum mercedem redditurum in die iudicij; & ne nimis longus videretur dies ille nouissimus, cum pericula essent in promptu, ac imminencia, ideo eos fiducia erigit, quod scilicet aliquibus ex illis breue post tempus, nimirum post sex dies futurae suae gloriae specimen daturus sit.

94. Ambros. Gregor. Xiphilinus.

Hieron. Paschal.

95. Lucas. Valde raro inter homines datur praemium.

Ambros. Origen.

vitam animae conseruabant, etiam si corpore moriantur. Expositio procedit in sensu spirituali, & non in litterali, qui simpliciter est de morte corporea. Phrasis Scripturae, non gustabunt mortem, id est non morientur, Donec videant filium hominis venientem, seu, vt explicat Euthymius, apparentem. In regno suo, hoc est in gloria sua, seu in gloria regni sui. D. Marcus scripsit, Donec videant regnum Dei veniens in virtute, hoc est in virtute gloriae, & maiestatis suae. Quod etiam Lucas, videant regnum Dei, gloriam scilicet ipsius regni. Et ita omnes Euangelistae eundem referunt sensum. Quod dictum est ad distinctionem regni Ecclesiae militantis, in quo gloria illa nondum apparet.

Euthym.

QUESTIO XIV.

Quodnam sit regnum istud, in quo Christus à multis ex astantibus videndus est?

PRIMO D. Gregorius homil. 32. in Evangelia, Beda in Matth. interpretantur, regnum hoc esse Ecclesiam Christi militantem, quam auctam miraculorum, ac doctrinae virtute multi ex iis, qui astant, antequam morerentur, viderunt. Dicitur autem Christus in regno suo veniens, quia per Euangelicam praedicationem eius diuinitas, & maiestas mundo est declarata. Haec expositio videtur potius mystica, quam litteralis.

96. Gregor. Beda.

Secundo, sunt alij, & viri eruditione pleni, vt testatur D. Damascenus Orat. de Transfiguratur, qui sententiam interpretantur de ultimo iudicij tempore propter Ioannem Euangelistam, qui non gustauit mortem usque ad Christi secundum aduentum. Haec sententia falso nititur fundamento: nam Ioannes obiit, vt est communis sententia, suo loco dicam Ioan. 21. Etiam, hoc admissio, opinio illa nil probat, quia Ioannes cum Elia, & Enoch esset moriturus, antequam Christus veniret in gloria maiestatis suae ad iudicandum.

97. Damascen.

Tertio Caietanus existimat, quod Dominus promittit, aliquos ex astantibus, omnes scilicet Apostolos, praeter Iudam, qui modo cum aliis astantibus, quando haec Christus dicebat, visuros filium hominis venientem in regno suo post Resurrectionem. Tunc enim ipse regnare coepit in Ecclesia, omnia potestate accepta, in caelo, & in terra.

98.

Multo tamen probabilior est sententia, quam tradunt communiter Patres D. Hilarius can. in Matth. 17. D. Chrysostr. homil. 257. Epiphanius haesi 69. prope finem; Damascenus Orat. de Transfiguratione, Leo serm. de Transfiguratur, & in cap. 16. Matth. D. Hieronymus, Euthymius, Theophylactus, Glossa Interlinealis, Albertus magnus, D. Thomas, Carthusianus, Lyranus, & alij communiter, qui omnes de gloria Transfigurationis sententiam exponunt. Sensus est, ac si dicat Christus: Dixi vobis, filius hominis venturum in gloria Patris sui. Huius gloriae specimen vobis ostendam; sunt enim aliqui hic astantium, videlicet Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui, Speculatores facti illius magnitudinis, non gustabunt mortem, donec illius specimen videant in mea Transfiguratione. Tunc enim ipse ab eis est visus fulgens, ac irradias caelesti planè, ac diuina claritate, stipatus comitatu Moysis, & Eliae, Et accipiens à Deo Patre ho-

99. Caietan. Hilarius. Chrysostr. Epiphanius. Damascenus. Leo. Hieron. Euthym. Theophyl. Gloss. Inerit. Alb. Magn. D. Thomas. Carthuf. Lyran. Vera sententia.

a. Petri. 1.

norem, & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus 2. Petri 1. num. 17. Et Confirmatur, Quia valde notanter D. Matthæus, D. Marcus, D. Lucas, narrata hac historia, advertunt dies, post quos Domini Transfiguratio in monte contigit, vt scilicet ostenderent Domini promissionem breuiter completam.

QVÆSTIO XV.

Quare Christus Dominus ad explicandum diem obitus, vsus est phrasi, gustandi mortem?

100. Ad Hebr. 2. Ioan. 8.

VSTARE mortem, Hebraismus est, & idem valet, quod mori. Paulus ad Hebræos 2. num. 9. de Christo ait: Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Et Ioan. 8. num. 52. Desumpta videtur metaphorā à calice venenoso, seu mortem continente, qui morituro, seu morti damnato porrigitur.

101. Paschal.

Secundò. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Ea, scilicet regna, videntur Apostoli, & perfecti quique, vt non dubitarent deinceps, pro his gustare mortem. Expendenda sunt Christi verba, ait enim, quod non gustabunt mortem, donec videant. Ac si post visa caelestia regna, post visam gloriam filij hominis, iam mors, quæ antea motu suo erat rigida, & aspera, suaui, ac leuis sit facta, vt tantum gustu quodam attingatur. Vnde citatus Paulus, Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Explicat ibi Benedictus Iustinianus, vt gustare mortem sit idem, ac ex ea lætitiā, vel gaudium percipere.

Benedictus Iustin.

102. Origeas.

Tertiò Origenes homil. 3. in Matth. Qua autem videntur, ait, mihi in loco presentia, sunt ista: Erant quidem stantes, ubi stabat Iesus, fundatas habentes apud Christum anima bases. Isti ergo stabant ibidem apud Iesum, id est verbum Dei. Perponderandum, de quibus Christus loquatur: Sunt hic stantes. Stantes cum sua presentia adnectit. Qui enim firmi, ac stabiles erant cum Christo, fundatas habentes apud Christum anima bases, hi Christo afficiantur, ac eius diuino donantur intuitu, vt expulsa mortis formidine, illis non sit dura, & aspera, sed leuis, ac suaui.

103. Chrysof.

Quartò D. Chrysothomus homil. 10. in Matth. Pulchre de his qui stant, dicitur: non gustabunt mortem. Qui enim stat, in eo quod stat, non gustat mortem. Magnam promissionem facit Dominus in presenti, quod mortis acerbitas in quemdam veluti gustum vertetur, sed quibus non sedentibus, ac iacentibus, sed stantibus. Qui enim stat, in eo quod stat, non gustat mortem. Qui enim stat expeditus, ac alacris in via virtutis omni bono, ac felicitate donatur, vt tetiam in mortis angustis quandam sentiat suauiatē, ac dulcedinem percipiat.

104. Deuter. 10.

Ait Moyses Israeli Deuter. 10. num. 10. Ego steti in monte sicut prius quadraginta diebus, ac noctibus: exaudiuitq. me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Multa, & magna bona à Deo se accepisse commemorat. Quod scilicet oratio eius fuerit exaudita; & quod ipse iterum legem accepit, Israelique veniam impetrauerit, ac vt ipsum populum in promissam terram deduceret. Vt autem ipse tot, ac tantis beneficiis cumularetur, quid in se commemorat? Ego steti in monte: hic

Multum promeretur, qui stat in via virtutis.

veluti meritum assignat, ad tot, ac tanta dona promerenda. Qui in virtute stat, multum sibi sollicitat de diuina largitate, multumque de ea sperare valet. Chrysothomus homil. citata. Solus steti Moyses, inquit, quadraginta diebus, & ideo meruit legem accipere. Stantibus datur, iacentibus non datur.

Chrysof.



CAPVT VIII. Transfiguratur IESVS.

Matthai 17. Et post dies sex assumit Iesum Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum.

VERSIONES.

Syriacus. Accepit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & adduxit eos in montē excelsum solos.

Alii Codices. Assumpsit Iesus. D. Basil. Selen. Adsumit tres discipulos eius Orat. 34. Petrum, &c.

D. Chrysof. Subducit illos in montem. homli. 57.

Origen. hom. 3. Ducit illos supra montem. in Matth.

Arias. Duxit illos in montem priuatē.

ALTER TEXTVS.

Marc. 9. n. 2. Post dies sex assumit Petrum, Iacobum; & Ioannem, & ducit illos in montē excelsum seorsū solos.

Luca 9. n. 18. Factum est autem post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem, vt oraret.

EXPOSITIO I.

POST dies sex, vt notat D. Matthæus, à promissione facta, & in fine superioris cap. explicata: Sunt quidam de hic stantibus, &c. nam, vt aduertit D. Hilarius, non tardat Dominus promissum soluere, sed illud adimplet, ostendens aliquibus eorum regnum suam, scilicet suam gloriam. D. Lucas scribit: Factum est autem post hæc verba fere dies octo. In hoc dierum numero nulla est discrepantia inter sacros Euangelistas, vt rectè docent D. Chrysothomus homil. 57. in Matth. D. Epiphanius hæresi 59. ad finem; D. Augustinus lib. 2. de consensu Euangel. cap. 56. & in presenti D. Hieronymus, Theophylactus, Euthym

I.

Hieron. Dominus ferstinus in promissi soluentis.

Chrysof. Epiphanius August. Hieronym. Theophyl. Euthym

Euthym. Paschal. Cohæret in historia D. Matthæus, & Lucas.

Enthymius, D. Paschasius lib. 8. in Matth Nam D. Matthæus, & Marcus numerant dies inter medios, prætermisiss eo, in quo Christus prædixit visionem regni, & eo, in quo transfiguratus est; quos etiam Lucas computauit, & hac de causa narrat, octo fere dies interfuisse. Apponit autem particulam minuentem, fere, quia primus, & octauus non fuerunt dies integri: nam quando illa dixit Dominus, iam dies erat inceperat, & quando se transfigurauit, nondum finitur.

2. Chrysof.

Post illa verba, non statim se transfigurauit, sed tranfactis sex diebus; nam, vt ait D. Chrysothomus, si statim eos assumpsisset, ceteri turbarentur, veluti ex temporis continuatione coniecturantes, illos ea de causa assumptos, vt regnum Dei viderent: ac proinde, vt notat D. Thomas in fine cap. 16. Matth. aliqua inuidia ansa daretur. Secundò, vt docet D. Ambrosius in cap. 9. Luc. quod est desumptum ex Origene homil. 3. in Matth. Per sex dies factus est mundus Gen. 1. Innuit ergo, quod solus ille potest ascendere super montem excelsum, & gloriam aspicere verbi Dei, qui omnes mundi res firmus adhærens Christo, transcendit.

D. Thom.

Ambros. Origen. Gencl.

Vt Deo fruatur, transeunt de munditia.

3.

Assumit Iesus, sine dubio ex antecedentibus verbis in fine superioris cap. Sunt de hic stantibus. accensu fuerunt Discipuli desiderio videndi regnum Dei, id est eius gloriam. Vnde suorum maiorum Apostolorum desiderio satisfaciens, absque precibus, eos adducit in montem suæ gloriæ, vt beneficij excellentia vndequaue claresceret; & non præmisit eos, vt expectarent, sed secum adducit. Assumit Iesus. D. Antonius Vlisipponensis in Domin. 2. Quadrag. Non aliter, inquit, beatitudinis visio acquiritur, nisi Deo assumente. Hoc verbum Assumit, seu Assumpsit, vt habent alij Codices, videbitur alicui, quandam veluti vim denotare; nam magna Apostolorum modestia peculiates fauores recusabat. Sic Sponsa ad coronam ter vocatur, Cantic. 3. num. 8. & proprie hic assumi, vocare denotat, vt notat Abulensis. Quod Apostoli prompta obedientia præstiterant Petrum primum Apostolum; Iacobum, filium scilicet Zebedæi, & Ioannem Euangelistam fratrem eius. Non dicitur Andreas frater Petri, qui totius Ecclesiæ pastor extabat inauguratus, vt inde disceret, quod ad fauores nemo eligatur respectu sanguinis, sed meritum. In montem excelsum, scilicet Thabor, seorsum, seu priuate, à presentia scilicet hominum, ac aliorum Discipulorum.

Magnum donum asque precibus.

Anton. Vlyt.

Influs difficilis ad fauores.

Canticor 3. Abulens.

Honores ne concedantur respectu sanguinis.

4. Lucas.

Vt oraret, scribit D. Lucas. Dum autem Christus de suo monte ascendit cum tribus Discipulis, vt oraret, mysterium futuræ Transfigurationis occultatum est remanentibus Discipulis. Et enarrat Euangelista, quod ascendit, non vt se transfiguraret, sed vt oraret. Quo docemur, futuras reuelationes, ac splendores gloriæ non esse à nobis quærendos, sed accipiendos, cum Deus Pater ordinauerit, ac disposuerit.

Reuelationes non sunt quærendæ.

QVÆSTIO I.

Quare tres Discipulos, nec plures, nec pauciores eligit Christus ad montis Thaboris gloriam, non verò ad ignominias suæ passionis?

5. Duplex questio.

Vo inquit præsens quæstio. Et primò: Cur hic tres eligantur? Secundò: Cur ad passio-

nem nullus à Domino est assumptus in socium? Ad primam partem.

Respondet primò D. Hilarius. Vt denotaretur, quod ex tribus filiis Noë, ac proinde ex origine omnium, ad visionem diuinæ claritatis aliqui vocandi essent. Secundò Rabanus. Vt fides Trinitatis per tres designaretur, sine qua nemo potest recipi ad Beatitudinem. Tertiò. Aliqui apud Abulensem quæst. 11. dicunt, hoc esse ad ostendendum, quod multi sunt vocari, pauci verò electi. Hæ rationes sunt valde mysticæ.

6. Hilari.

Rabanus. Fides Trinitatis ad salutem necessariâ.

7.

Tertullian. Damascenus. Deuter. 19.

In magnis negotiis multi testes adhibendi.

8.

Bernard.

Christi passio ad nostram salutem non eget consortio.

Ambros. Ioann. 18.

9.

Isaiæ 63.

Matth. 27.

Christus sibi soli retinet dolores, nobis vero communicaat gloriam.

Paschal.

10.

Gencl. 27. Græcus.